

SENTENTIAE, CH. XXXIV, PARS II

Practice and Review #1–6

1. Nisi quis plēbī opem celeriter referet auxiliumve prōmissum praebēbit, mīlia virōrum morientur.
2. Cum urbs plēna custōdiārum esset, nōn ausī estis suscipere scelera tam gravia quam voluerātis.
3. Dīc nunc cūr velīs tē ad istam dīvitem et candidam cōferre. Vērē ac līberē loquere; nōlī recūsāre!
4. Dīvitiīs trāditīs, heu, illī philosophī eādem nocte subitō profectī sunt in exsilium, unde numquam ēgredi potuerunt.
5. Nē patiāmur hanc antīquissimam scientiam āmittī.
6. Fateor mē vīnō merō apud mē ūsūrum esse.

Sententiae Antiquae #7–14

7. Sī in Britanniam profectus essēs nēmō in illā tantā īnsulā iūre perītior fuisset. (Cicero. — **Britannia, -ae**, Britain.— **perītus, -a, um** + abl., *skilled in*).

8. Nisi laus nova nāscitur etiam vetus laus in incertō iacet ac saepe āmittitur. (Publicus Syrus.) —**vetus**, gen. **veteris**, *old*.)
9. Spērō autem mē secūtum esse in libellīs meīs tālem temperantiam ut nēmō bonus dē illīs querī possit. (Martial. —**temperantia**, -ae.—**queror**, **querī**, **questus sum**, *to complain*.)
10. Hōrae quidem et diēs et annī discēdunt; nec praeteritum tempus umquam revertitur, nec quid sequātur potest scīrī. (Cicero. — **praeteritus**, -a, -um. *past*.— **revertor**, **revertī**, **reversus sum**, *to return*.)
11. Nōvistī mōrēs mulierum: dum mōliuntur, dum cōnantur, dum in speculum spectant, annus lābitur. (Terence. — **mulier**, -eris, *woman*. — **lābor**, **lābī**, **lāpsus sum**, *to slip glide*.)
12. Amīcitiā rēs plūrimās continet: nōn aquā, nōn igne in plūribus locīs ūtimur quam amīcitiā. (Cicero.)
13. Homō stultus! Postquam dīvitiās habēre coepit, mortuus est! (Cicero. — **postquam**, conj., *after*.)
14. Ō passī graviōra, dabit deus hīs quoque fīnem. (*Virgil. —**Ō passī**, voc. pl., —**hīs** = **hīs rēbus gravibus**.)